Quibus conuenit, quod lis agitata super re donata per Regem Ecclesiæ, ¶ aut Clerico, aliterve Ecclesiasticæ persone, debet coram Rege tractari, etiam inter Ecclesiæ & Clericos, & aduersus ipsos; latè agit (& eruditè) ipse Hieronym. de Zeballos in dict. quest. 322. à num. 92. cum sequentibus; vbi valida applicat fundamenta, & est l. 57. tit. 6. part. 1. & doctrina Afflic. decif. 2. n. 4. loquens in his terminis, & que rem Ecclesiæ procedentem ¶ à Rege effici de foro ipsius Regis: circa quod & aliis pluribus doctrinis hæctenus relatis plura congerit, & plurimos Doctores nouiter referens videndus, D. Ioan. del Castillo in tractat. de tertis, c. 12. per totum. De quo quando scilicet ius patronatus competens Regi alteri illud concedat, retineat, vel amittat nauarum primæiam iuris Regij patronatus, & eius priuilegia, commodiori loco infra 2. tomo huius tractatus, erit tradendum; quate hinc omitto.

Et loquendo de redditibus vulgo (suor) & aliis mercedibus, ¶ aut donationibus factis à Rege Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis, aut monasteriis, probat Bobadilla in politica lib. 2. c. 18. n. 159. allegat. l. 6. tit. 1. lib. 4. Recop. Anton. Gomez, & Didacus Perez, vbi etiam, quod Rex potest imponere pœnas Clericis prorogantibus super iis actionibus Regalibus iurisdictionem Ecclesiasticorum, ex Benedic. in c. Rainuntius verbo Et uxore 2. n. 53. & sequent. & n. 139. de testam.

Qui quidem Bobadilla ibidem à n. 155. cum sequentibus, latè tractat; quod Rex potest legitime ¶ cognoscere de rebus habitis per Ecclesiæ vel Ecclesiasticas personas ab iplo in feudum, siue super possessione agatur, siue super proprietate; vbi plurimos Doctores cumulat; videtur etiam Zeballos vbi proximè. Innumerales peno Doctores congerit ad idem Carol. de Grahis de effect. Cleric. esset. 1. à n. 718. cum sequent.

Igitur necessariò fatendum est, quod cum Principi à iure fit sibi hæc attributa potestas, ¶ tollendi violentias, & oppreffiones factas in suo Regno suis vassallis vi oppreffis, istaq; prote-

B 3 cto



ctio ei incumbat ex debito officij vti Regalia; sequitur, vt ad ipsum debeat pertinere examen, & cognitio, ea dumtaxat, quantum sufficiat rei veritati, & notitia, aliter enim nec poterit protectionem præstare, nec suam auctoritatem interponere, nec vim tollere; quia oppressus recurrent ad Regem pro tollenda violentia sibi illata debet de ea docere, Gaspar Rodriguez

149 *de annis reddit. lib. 1. quest. 15. num. 71.* vbi dicit: quod qui dicit se vim passum, in iudicio probare teneatur, aliàs non præsumitur, sed imò contrarium, ex doctrina Bart. in l. de pupill. 150 *l. 5. si quis ipsi prætori, §. num. 14. de oper. noui manerio. Boetius decis. 122. num. 5. vers. Vnde hoc. Decius in cap. fin. num. 1. vers. Et subiecit hic, de appell. plurimos ad id congerit Doctores, Mascardus de probationibus, concl. 146. à n. 2. qui inter alias rationes, hanc reddit num. 3. & 4. vt violentia odiosa sit omni iuri, præsertim naturæ, ex l. secundum naturam, ff. de condition. indebiti, l. si quis in tantam, C. vnde vi. Quod quidem ad protectionem venit in necessariam consequentiam. ¶ Sed quia de hoc amplissimè actum est tract. de Reg. protect. cap. 2. per totum, & vide à num. 58. & 59. & à num. 95. cum multis segg. hoc cap. omitimus.*

Et ex his que hoc cap. dicta sunt à principio 151 inferitur, quod licet ÷ assertio legitime comprobata illatione prima, iuridica, & verissima sit, vt quamuis cognitio egeat Princeps regulariter ad tollendam vim, & præstandam tutelam; nihilominus iurisdictione non egeat, nec requiritur, provt latissimè comprobatum est in tract. de Reg. protection. 1. part. cap. 1. per totum; & præcipue prælatiis 5. à num. 194. quo te remitto, vbi inter alia validissima fundamenta eo vsumus à num. 205. quod cui commendata, data, 153 attributa est protectio Ecclesiæ, ÷ vel personæ, sola defensio extrajudicialis, non tamen iurisdictione in eo data est, provt amplissimè ibi comprobauit, iuribus & auctoribus.

Quibus insuper adde, quod dicit Regnerius Sixtinus in tractat. de Regalibus, lib. 2. cap. 14. 154 à num. 103. quod licet ÷ ius protectionis tantum sit, & tam efficax, vt protector armis etiam & vi contra iniuriam aliorum, & vim maiorem defendere possit, & debeat eos, quos in tutelam & protectionem recepit, ex l. desertorem, §. fin. ff. de re milit. Bart. in præm. ff. in princ. col. 1. in fin. vers. Idem dicitur hic, Schurff. conf. 23. num. 1. & 2. centur. 3. Gaill. obser. 54. num. 2. lib. 2. Tamen huiusmodi protecti & defensi sunt 155 ad instar ÷ forensium, & ius protectionis iurisdictionem non tribuit, ex cap. recipimus in fin. & cap. ex parte de priuileg. & ex Ioanne de Platea in rubr. de domestic. & potest. lib. 12. Natta conf. 636. num. 96. Gaill. dict. obser. 54. à num. 1. cum sequens. communem dicit Schurff. dict. conf. 23. à num. 1. Adde vt si Cæsar ipse in clientem suum aliquem peculiariter recipiat, & de hac re priuilegium largiatur, tamen mediata iurisdictione ordinatæ inferioris magistratus, cui aliquando huiusmodi persona & bona subiecta sunt, non derogatur, nec præiudicium vllum affert, vt addit Gaill. dict. obser. 54. num. 7. alios allegans.

Quibus addere possumus, quod licet regulariter populi, qui scilicet superiori potestati 156 ÷ & protectioni iure foederis, vel clientela, pro pacis mediis, vel alia ratione committunt, li-

beri esse non desinunt, nec sibi aliquam subiectionem imponunt, vt tradunt communiter Bartol. & Doctores per text. ibi in l. non dubito 7. §. liber autem, ff. de captiuis, & postlim. reuoc. Felinus in cap. cum non liceat, num. 9. & sequent. de prescription. Ioan. de Platea in l. 1. C. de excusat. lib. 10. Ioan. Cheal. conf. 228. Modestini. Pistorius conf. 43. num. 30. decisio. Camera Imperial. 1. tomo p. voto 27. num. 10. fol. 159. Ioan. Bodinus in tract. de Republ. lib. 5. cap. 6. Renatus Choppin. de dominio Francia, lib. 3. tit. 18. n. 7. Petrus Gregor. lib. 20. Syntagmat. cap. 5. & plurimi alij relati ab Henrico Rosental. in epitome feudo. part. 1. cap. 4. concl. 14. fol. 124. D. Ioan. à Solorzano Senator Regius in tract. de iure Indiar. lib. 3. cap. 1. num. 38. vbi rectè num. 39. limitat, ÷ quando ita submissio alterius protectionis 157 fiat, & vltra procedat, vt iurisdictionem significet, vbi plures Doctores allegat.

Et Sixtinus dict. cap. 14. sup. num. 107. dicit, quod Ecclesiasticæ personæ à Principe habitæ in protectionem & tutelam suam, nequeant ab eo collectari, vide Gaill. d. obser. 54. num. 1. & segg.

Et quod protectio Ecclesiæ, aut hospitalis alicui competens, vel concessa, nec attributa ÷ iurisdictione, nec exemptio à iurisdictione ordinaria censetur, dicit Hieron. Gabr. conf. 195. lib. 2. Ioseph. Ludou. decis. 4. num. 3. Seraphinus decis. 102. num. 7. latius prosequitur, Toto in compendio, decis. 2. part. verbo Iudex delegatus per totum, fol. 309. & sequentibus, Mascardus de probat. conf. 513. num. 2. nouissimè Erasmus à Choekier in tract. de iuris in exemptis, 1. p. quest. 9. num. 3. Augustin. Barbol. in collectan. ad cap. recipimus, num. 8. à prin. & num. 7. & in cap. ex parte de priuilegiis, Alcanius Tambur. in tract. de iure Abb. tom. 1. disp. 15. quest. 15. à num. 14. cum segg. qui quidem Doctores alios allegant, & de articulo alius tractant.

Maximè iuxta receptiorem & veriolem opinionem contra Decium, que habet, quod ad ÷ rescribendum Principi, & supersedendum in eiusdem rescriptorum, aut litterarum executione non sit necessaria iurisdictione in rescribente, atque ita metus & simplex exeeutor, aut quilibet alius mandatarius licitè hoc iure, & facultate vti potest, provt latissimè pro vtraque parte disputans, ita vt veriolem probabiliolem & receptiorem resoluat Anguianus in tract. de legibus controu. 5. à n. 37. vsque ad num. 50. de quo latius hac 1. part. in cap. 8. à num. 21. cum segg. vers. Comprobatur alterius, &c. & supra, nihilominus videnda crunt, que adduximus infra hac 1. part. cap. fin. à num. 17. cum segg. & à prin. vbi appositius rationes fundamentales, quare in hoc retentionis ÷ recursu probatio per testes admittitur, atque iudicio ordinario causa retentionis deducta in Senatu examinatur. 160

Quare vbi adest necessitas, seu ÷ utilitas publica, damnum, aut præiudicium irreparabile Reipublicæ Ecclesiasticæ & spirituali, Regi aut Regno, vel scandalum aliquod; poterit Princeps interponendo suam auctoritatem detinere summa reuerentia litteras, & recepta Apostolica, ne ex eorum executione perturbetur tranquillitas publica, neque violentia inferatur, cum euitetur per suspensionem illarum, ne pars eius vitatur, donec Sum. Pont. (ad quem supplicatio interponitur) melius de de veritate informatus 161

matas, quid censeri, rescribar; iis scilicet casibus quibus de iure ipsomet Pontifex permittit, & præcipit suarum litterarum executionem suspendi, absque metu censurarum in illis contentarum, & quibus omnibus casibus, & earum iustificacione, cap. 2. & segg. successivè discretiveque erit agendum ex magna Doctorem vtriusque iuris & Theologiæ professorum caterua illas comprobantem, quos recensemus videntes, cap. sequenti à princip. Qui omnes hunc retentionis recursum exactè approbant, & iustificanc.

Hoc enim pertinet Regali officio, omnia media adhibere, vt status spiritualis, Ecclesiasticus, cultus Diuinus, Religio & dogmata Catholica in pace custodiantur, & in tuto sint consecrata, neque diminutionem aliquam patiantur, sed potius incrementum indes recipiant, provt latissimè hoc cap. à princip. & infra 2. part. cap. 1. latè & abundè deducimus.

Audi insuper Augustianum epist. 50. Aliter seruit (inquit) Rex Deo; quia homo est, ei seruit, viuendo fideliter: quia vero etiam Rex est, seruit, ÷ leges iustas præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo, & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo, sicut seruit Ecclesiis, lucos & templa Idolorum destruendo: sicut seruit iustis, ita & ipse faciendo; sicut seruit Rex Ninivitarum, vniuersam ciuitatem, & placandum Dominum compellendo; sicut seruit Darius, Idolum frangendo, in potestatem Dauieli dando: sicut seruit Nabuchodonosor, omnes in Regno suo positos, à blasphemato Deo, lege terribili prohibendo; (& ibidem subdit ipse August.) quis mente sobrius Regibus dica: nolite curare in Regno vestro, à quo tenetur, vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri? Non ad vos pertinet in Regno vestro: qui velit esse sibi Religiosus, siue sacrilegus, in quibus non potest dici: non ad vos pertinet in Regno vestro, qui velit esse pudicus, hæcætenus Augustinus.

Et ita exemplo Ezechie, Iosue, & Nabuchodonosoris (qui laudantur lib. 4. Reg. cap. 18. & cap. 23. & Daniel cap. 14.) Diu. August. epist. 48. & 50. ad Bonifacium Comitem, ita Principes Christianos exhortatur: Omnes (inquit) Reges qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt Idola, & alia que contra Dei præcepta fuerant instituta, culpauerunt, & qui prohibuerunt, & euerterunt, super aliorum merita laudantur.

Hinc prouenit receptissima sententia omnium 164 Doctorum ÷ tam Theologorum, quam Iurisperitorum; quod si Prædicatores missos ad terras infidelium ad docendum fidem, & prædicandum Dei Sanctum Euangelium, licet ipsi infideles ad Dei veri cultum, & sacri Baptismatis susceptionem inuiti compelli nequeant, atamen si monitionem hanc recipere reculent, impediendo & resistendo prædicatoribus, illis iniuriam & vim inferunt; talem violentiam Rex Christianus omnino teneatur repellere, & vi armorum tutelam sic missis Religiosis præstare, illisque & infideles, qui fidem ÷ recipiunt, vel recipere velint, defendere, & tutam illis viam aperire; quam sententiam tradunt Innocent. in cap. quod super, col. 1. vers. Item licet, de voto, relatus à Berrachino in reposito. verb. Infideles, & ad vtramque partem disputans resoluat Borgin, Causalcan. decis. 21. num. 13. & segg. Ioan. Azorius 1. tom. instit. moral. lib. 8. cap. 16. vers. Tertio quaritur, Philippus Paschalis in tract. de vi-

rib. patria potest. 1. part. cap. 7. num. 17. Anton. Ruciolus in tract. de iure person. extra grem. Ecclesiæ existens. lib. 2. cap. 37. Gregor. Lep. in l. 2. tit. 23. part. 2. col. 111. & 12. & col. 10. vers. 31. & 8. conclusio. & Hieronymus de Zeballos in pract. commun. contra comm. lib. 4. quest. fin. n. 17. & segg. & melius num. 295. & sequent. & Conar. Itacum citandus, & doctissimus atque diligentissimus Præceptor noster D. Ioan. à Solorzani in tractat. de iure Indiar. lib. 2. cap. 20. à num. 11. & segg.

Et Theologi omnes hanc eandem opinionem communitè sequuntur post Diu. Thom. in 2. 2. quest. 10. art. 8. Ione Maior. in 2. distict. 44. q. 2. & 3. Albertinus in rubr. de hereticis, lib. 6. q. 8. Gines Sepulveda in obiection. 10. contra Episcopum de Chiapa. Alphons. à Castro de iusta heretic. punition. lib. 2. cap. 14. Domin. Soto. in 4. distict. quest. 20. art. 1. pag. 267. Salmeron. tom. 121 tract. 38. versio. Deinde, pag. 223. Cardinal. Bellar. lib. 5. de Roman. Pontific. cap. 7. Bezan. in sum. 2. tom. c. 13. quest. 4. num. 12. & segg. Fr. Antonio à Cordua in quest. lib. 1. quest. 57. dubio 4. vers. Tertia pars, & dub. 6. versio. Quartum dicitur, Gabr. de Valen. 3. tomo, disp. 1. quest. 10. punct. 6. column. 410. post Caietan. 2. 2. quest. 10. art. 8. column. 254. Tolerus in summa lib. 4. cap. 2. n. 2. Pater Ledesma 2. tomo summa, tract. 1. cap. 5. Torres de fide, art. 8. disp. 51. dub. 2. Thomas Sanchez in summa, tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 4. & nouissimè Pater Suarez de fide, disp. 18. sect. 2. num. 8.

Domin. Præsul. Conar. in regula peccatum, 2. part. §. 10. num. 13. & vers. Quarto licitum, & §. 11. num. 5. vers. Fator plane, vbi cum Diu. Thoma, & aliis Theologis docet, Christianos non posse, nec debere impediri iuste in prædicatione Christianæ fidei; & quod si impediatur Christiani ipsi, eis fit iniuria, ad quam propulsandam, possunt iustum bellam Principes Christiani mouere; vel quando infideles moniti, ab Idolorum vano cultu non abstincent, vbi impedimentum adfert Religioni Christianæ, & Legis Euangelicæ prædicationi.

Domin. Bannez in 2. 2. quest. 10. art. 10. column. 328. versio. Tertia & quarta conclusio; vbi concludit, infideles etiam non subditos iure compelli, ÷ ne villo modo Christi Fidem impediatur, atque inde si nuntius Euangelij perueniat ad externas, & barbaras Nationes, & impediatur prædicare populis à Principibus illarum Nationum; tunc posse Principem Christianum, vt ministrum Pontificis debellare illos Principes, ne impediatur prædicationem, quia non est hoc compellere ad audiendum; sed defendere innocentes, quosdam quidem ad prædicandum ius habentes, alios verò, similiter ius habentes ad audiendum legem Euangelicam, quia vtrique vim patiuntur in suo iure.

Pater Ludouicus Molina de iustitia & iure, tract. 2. disp. 105. & in materia de Fide, quest. 10. art. 8. vbi concludit, quod ÷ cum Christiani 168 ius habeant denuntiandi Euangelium vbique terrarum, pariter quoque potestatem habent, concionatores ad quoscumque infideles defendendi, & infideles ipsos cogendi, non quidem vt Euangelium suscipiant; sed ne impedimento sint, tam prædicatoribus, quominus illud denuntient, quam etiam suis gentibus, aut vassallis, quominus illud audiant, suscipiant, & iuxta



iuxta illud vivunt; nemp̄ quantum sit necesse ad violentiam illam & iniuriam illatam propulſandam. Et quod hoc sine etiam iniuris ipsis infidelibus potest Rex Christianus cum navibus ad eos accedere, tandiuque & cum ea potentia in eorum portibus, & terris commorari, quamdiu, & quantum necesse fuerit, vt hæc turd̄

169 faciant, atque ꝑ leuiter violentia: quod si genere aliqua, aut Reges, & Dynastæ resistant, & impediunt, fas esse nobis Christianis, bello illos oppressores coercere, iniuriamque Fidei, & Euangelio in ea parte illatam reprimere, & amouere.

170 Pater Ioann. Azorius 1. tom. institut. moral. lib. 8. cap. 26. ꝑ vers. Septimo quaritur, quem sequitur & tranſcribit Frat. Thom. à Iesu, lib. 5. de procurat. omnium gent. Salute. 1. part. dubio 3. vbi post alios reſolunt, non solum infideles Christianis Principibus subditos, verum & quoslibet Paganos & Barbaros, etiam non subditos, ad audiendum Christi Euangelium compelli posse, quia non ideo dici debet, quod ad credendum etiam compellantur, atque ideo negari non potest, quod si viri probatæ vitæ, & ipeſtatæ virtutis mittantur ad Christi Euangelium Paganis annuntiaandum, iure naturali digni essent, quod audirentur, nec iure vlllo Paganorum Principes, aut prohiberet, quominus qui velint, Euangelium audirent, aut idoneos Christi nuntios, aut præcones, & interpretes impeditur, ne illud annuntiant; alioqui enim his, aut illis vim & iniuriam manifestam adferret, ad quam propulſandam Christiani Principes tenentur.

Magister Petrus Lorca in 2.2. art. 8. quæst. 11. 171 scilicet 3. vbi ꝑ pluribus probat, omnes infideles indistinctè compelli posse, ne fidei, & eius Prædicatoribus iniuriam, violentiam, & impedimentum inferant.

Seraphinus Freitas de iusto Imperio Asiatico, 172 cap. 9. num. 6. & 7. inquit, quod ꝑ licet infidelium debellatio non omnino iustificetur ob id tantum, quod fidem audire recitent; bene tamen admittit Doctores ab eo citatos, quod si Prædicatoribus Christianis prædicationem impediunt, aut alios volentes ꝑ illam audire, & forsitan fidem suscipere, ad nos accedere prohibeant, nec sinerent Prædicatores loqui verbum Dei sine vi, aut fraudibus volentibus audire; iure posse Christianum Principem eorum violentiam, etiam armis propulſare, quia omnino semper manet ius integrum Ecclesiæ ad prædicandum in quolibet Regno, & ad defendendum innocentes, idest, particulares personas, quæ voluerint audire verbum Dei Euangelicum.

Et nouissimè Egidius Benedictus in l. ex hoc iure s. de iust. & iure, cap. 3. num. 16. vbi pluribus Doctores ꝑ relatis probat, posse Summum Pontificem mittere Prædicatores in mundum, & subijcere alicui Principi Christiano eos, qui Prædicatores non acceperint, vel iniuriam & malè affecerint, ad quod allegat Bellarmin. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9. & segg. Patrem Suarez lib. 1. contra sectam Anglicam, cap. 10. affluenter quidem rem hanc tractat diligentissimum præceptor noster D. Ioan. à Solorzano de iure Indiarum, lib. 2. cap. 20.

174 Quod pertinet quod eleganter dixit Ioseph. à Costa lib. 2. de procurat. Indorum salute; cap. 13.

hoc ꝑ ius ab ipso omnium conditore Deo conditum videtur, vt que Christiani à Deo didicerunt, doceant & ipsi omnes mortales, quorum saluare optate, & querere debent; qui enim dixit: Ite in mundum vniuersum, & predicatè Euangelium omni creature; ceterè liberum aditum quocumque terrarum ꝑ aperire voluit, quem, qui nobis præcludere velit, & Summi Dei Prædicatores ac legatos inauditos à se relegant, & eijciunt, contra ius diuinum & naturale, & contra salutem suam facere, putandi sunt; sequitur etiam D. Ioan. à Solorzan. vbi proxime sub n. 4. vers. Idem sentit. Atq; ideo eū hoc ꝑ tendat contra ius diuinum & naturale, omnino tenetur Princeps Christianus eodem iure naturali aditum, violentiam repellere, & innocentes ab iniuriis illatis defendere, & protegere, vt hæctenus à princip. huius cap. latè comprobauimus, & vberius in tract. de Reg. protectione, 1. p. cap. 1. per totum, & c. 2. Quia ex debito officij Regij tenentur omni iure Principes Christiani ꝑ Ecclesiam, cultum Diuinum, eius dogmata Catholica, & Religionem defendere, & omni studio, & conatu auxilium suum præstare.

Hinc prouenit (de quo à doctissimo quodam Senatore Supremo fuit ꝑ semel cõsultum) quod Indi & alij nouiter ad fidem conuersi miserabilium personarum numero haberi solent, eorumque priuilegijs vti & gaudere debent, ex doctrina Innocentij in cap. Iudei de Iudeis; Barbatia in cap. significationibus de officio deleg. in fin. & Palacius Rub. in reſpõsion. cap. per vestras, notabil. 2. num. 11. D. Ioan. à Solorzano Senator dignissimus, de iure Indiar. 3. part. cap. 7. num. 50. Et ideo eorum protectio & defensio à violentiis & oppressionibus maximè commendata est à Nostriſ Catholicis Regibus ꝑ variaz, & multas cedulas Regias, quarum verba recenset Solorzan. vbi proxime lib. 3. cap. 6. n. 26. cum multis sequentijs, videndus.

Provt generaliter in iure huiusmodi gentium nouiter ad fidem nostram conuersarum protectio ꝑ & defensio à violentiis commendatur, vt miserabilium personarum, sicuti satis constat ex Extrauaganti 2. de Iudeis, inter communes; vbi Pontifex statuit, eos molestandos non esse, nec suis bonis priuandos, præcipitque Rectoribus, & singulis officialibus, ne vllam illis molestiam inferant, nec ab alijs inferri permittant, sed imò ipsos à molestiis, & iniurijs protegant, & defendant, vt sic de seruitute ad libertatem tranſiſſe cognoscant, & percipiant, ne redire prætextu mendicitatis horribilis, & tædio affectu ad amillam perſidiam compellantur, Rebus. in tract. de senten. provisional. art. 3. glossa vltima, vers. Decimo quarto, Solorzan. de iure Indiar. lib. 3. cap. 7. a num. 48. de quo etiam videndi sunt, Mascard. in tract. de Iudeis & infidel. 1. p. cap. 2. & Roland. à Valle conf. 25. volum. 3. Philippus Paschal. de viribus patriæ potest. 1. p. cap. 7. num. 14.

Atque tandem in huius Regiæ protectionis iustificatione illud ꝑ ponderandum erit, vt cum ista violentiarum cognitio, atque ad Principes Supremos recurſus vniuersalis sit, eoque vrantur omnes Nationes, in eunctis Christianæ Religionis Ditionibus, Regnis, & Prouincijs, vt adnotauimus dist. tract. de Regia protectione, 1. p. cap. 1. à num. 159. cum segg. à ratione naturali inductus, & ab omnibus gentibus postulat, &c.

ob publicam vtilitatem inuentus; pro iure quodam gentium haberi debet, vt & bene Conanus dixit lib. 1. commen. cap. 5. num. 8. ibi: Hodie si quid noui excogitatum fuerit, quo agnito, & sponte sua, & liberè omnes vrantur, diceretur esse iuris gentium, cum ratio naturalis id apud cunctas Nationes constituerit, &c.

Ad quod mirificè addidit Antonius Faber in iur. præden. Papinian. tit. de iure natural. princip. 4. illation. 1. ibi: Nam cum ex ratione ꝑ naturali semper estimandum sit ius gentium; parum refert, an quod ratione naturali primum comparatum est, ab omnibus populis sit receptum, nec ne, vt iuris gentium esse, vel non esse existimetur, fieri quidem potest, licet varius, & difficilissimus; vt illa etiam que naturalem rationem habent, & ad commonem omnium gentium vtilitatem pertinent: non rariè ab omnibus sint recepta, idque propter specialem aliquam & propriam rationem, &c.

Idèoque ista hæc vniuersalis obseruatio, gentiumque nos iustus & legitimos ꝑ haberi debet & sequi, l. Labes, ibi: Morem gentium si qui debemus; ff. de statu liber. l. quidam referunt, ibi: A maioribus nostris obseruatur, ff. de iure codicillorum, l. si quis donationes; ibi: Quoniam ita vstitutum est, ff. si vstitutum, peratur, l. filij ad Macedonianum, l. Iulius, ff. eodem, cap. cum venissent de institutione.

Maximè cum semper fuerit à tot tantisque doctissimis pilsque viciis, ꝑ tam Iustis periculis, quam Sacræ Theologiæ professoribus, vt vera recepta & fulticia opinio (quos in vnum coniecimus infra cap. 2. à prin.) quorum assertio apud omnes disputata, securum & iustum reddit hunc recurſum, iuxta l. abtelas, ibi: Ita omnes opinantur, ff. de iis qui notant, infam. l. 1. ibi: Crebrus apud veteres opinio, ff. de officio quaestoris, l. 1. de eo qui sibi, vel heredibus suis, ibi: Cum inter sapientes super hac questione fuit disputatum, &c. Quo quidem tutam Regis nostri reddi conscientiam, alius comprobauimus cap. sequenti num. 53.

183 Fundatur quippe hoc ius gentium, ꝑ & iste Principis recurſus in lege naturali, quæ violentia damnatur, ac vim vi repellere permittitur (vt sæpe dixi de Reg. protectione 1. part. cap. 1. per totum) Sed id quod in legem naturalem committitur, vel in Diuinam, ꝑ in omnium tendit iniuriam, l. Manicheos, versiculo Ac primum, C. de hereticis, l. 4. tit. 5. lib. 16. Cod. Theodos. Bartol. in l. Gallus, §. ille casus, num. 3. de liberis & posthumis, cap. vrgentis, vbi glossa de hereticis, Iustus Lipsius lib. 4. ciuiliū doctrin. cap. 3. Saluian. de gubernation. Dei, lib. 4. Melch. Iunius quæst. politic. part. 3. quæst. 94. Anneus Robertus rerum indicat. lib. 1. cap. 12. Lelius Zechus in tractat. de Princip. cap. 5. num. 1. D. Ioan. de Solorzan. de iure Indiar. lib. 2. cap. 13. num. 7. & 8. doctissimus & insignis vir D. Ioan. Baptista Valenquela Velasquez Regij Supremi Senatus dignissimus in monitor. contra Venetos 7. part. num. 117. & Petrus de Atagon. in 2. 2. quæst. 10. art. 3. versiculo Secunda Respublica, vbi ait: Quod quotiescumque aliqua Respublica, ꝑ vel in Idololatram vergit, vel in ea innocentes opprimantur, atque iniuria afficiantur; licitum est vnicuique, illos bello, & armis defendere, lege naturali id ordinante, vt quos obseruantia salua & libera maneat; & idem quod probant supra citati Doctores, Caietan. 2. 2. quæst. 40. art. 1.

186

187

Gregor. Lop. in l. 2. tit. 23. part. 2. glossa magna, versiculo Tertio, in fin. Covarruias in reg. peccatum, 2. part. §. 10. num. 1. vers. Tertio, in fin. Marta tract. de iurisdic. 1. part. cap. 24. num. 28. Mascard. tract. de infidel. 3. p. cap. 1. num. 39.

Debent namque homines, vel sola humanitatis, & cognitionis naturalis ratione cogente, ꝑ aliorum hominum mores ad bonum diſtingere & iniurias atque oppressiones, quas sub tyrannorum iugo patiuntur, pro viribus impedire, atque vim passos defendere; vt optimis exemplis ostenditur Machabæorum cap. 1. §. 4. Zachariæ cap. 14. & Osee cap. 10. & communitè notant Bartol. & Doctores per text. ibi in l. vi vim, ff. de iustitia & iure, l. 1. ff. de iis qui sunt sui vel alien. iur. l. si seruus ea lege, ff. de seruic. exportat. l. metum 9. §. sed licet ff. quod metus causa, l. non tantum 6. ibi: Humanitatis ratione ff. de appellat. l. culpa caret ff. de reg. iuris, l. 1. §. sed mox, ff. ad Sylanianum, §. quanto, de sententia excomm. c. delillo, eodem tit. lib. 6. iunctis alijs, quæ obseruant Diu. Ambrosii lib. 3. officior. cap. 3. Diuus August. lib. de morib. cap. 27. Marcus Manica lib. 4. obseruat. 36. Tiraquel. de penis temperat. causa 24. Menchaca in præfatione controuer. Illustr. m. 2. & sequent. & lib. 1. cap. 8. ex num. 18. & cap. 16. num. 10. & cap. 11. num. 29. & sequent. Pinel. in rubr. C. de reſcindend. Cuiacius in recitat. posthum. ad dist. l. vi vim. Bobadilla in politica, lib. 5. cap. 2. num. 2. littera D. in pulchro casu reſoluit D. Soto in 4. dist. 3. quæst. art. 10. quem sequitur Gabriel. in 4. dist. 4. quæst. 2. art. 3. Victor. in 2. reſlection. de Indis.

Quibus acriter Iustus Lipsius lib. 5. ciuiliū doctrin. cap. 4. vbi inquit: Nec ꝑ simili ratio in oppressis, quos si grauior aliqua vis, aut extrema tyrannus vrgeat; videtur cogere se communis societatis vinculum, vt adiuues, & Salom. Pronebrior, cap. 14. Eræcos, &c. & qui trahuntur ad interitum liberare necesse est, &c. consonat Cicero lib. 11. officior. dum ait: Qui enim non defendat, nec obſistat iniuria, si potest, tam est ꝑ in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat; quod & probat Diuus Anafat. & Amalcent. relatius in cap. qui potest obseruare, & perturbare 23. 9. 5. Sicut enim vitium est & peccatum non defendere oppressum vim patientem, quia peccat contra legem & virtutem fortitudinis; ita istius ꝑ est virtus obuiare iniurijs; ita eleganter argumentatur Diuus Ambrosius de officio lib. 1. cap. 36. transcriptus in cap. non in inferenda 23. quæst. 3. in hæc: Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est; qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit; vnde Sancti. Moyses hinc prius orſus est testamenta bellicæ fortitudinis: nam cum vidisset Hebræos ad Ægyptio iniuriam accipientem defendit, ita vt Ægyptium proferret, &c. In cuius text. commentario plurima ad propositum congeſſit Doctõr Nauar. vbi latè tract. 1. & 2. Reges ad hanc virtutem ꝑ fortitudinis teneri, in obuiandis oppressionibus & violentiis, ac de vitijs & peccatis, quæ in omitendo perpetrantur disputat. Hæc namque fortitudinis virtus exercenda, vbi vrget necessitas, plena iustitia est, vt probat text. in c. fortitudo, que vel in bello vultus à Barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel si à latronibus & socijs, plena iustitia est 23. quæst. 3. & est doctrina Diu. Thom. in epist. ad Rom. rom. 23. cap. 13. lectio. 1. ibi: Principes



193 Principes tributa recipiunt, quasi stipendia sui ministerij: laborant enim ad omnium pacem, & quietem seruandam: peccant autem Principes, si utilitatem populi non procurant. Lucas de Pen. in l. quicumque C. de omni agro, lib. 11.

Quantò igitur vrbanius meliùsque Principi hæc protectio, & defensio vi oppressorum debita est, qui tam suum ius, quam suorum vassallorum in iniuriis & oppressionibus sedandis ex debito & necessitate Regalis officij profequitur, cum ad id in genere & in specie præcisè teneatur, prout à principio huius capitul. latius comprobauimus; non immeritò igitur sibi omni iure naturali & positivo licere, atque ea vi in necessitatibus teneri; vt sic Rex noster obuians inquietis, impetentibus Reipublicæ, statùsque spiritibus & Ecclesiasticis turbatoribus, miseris opprimendi duntaxat causâ. commotis, dicere valeat cum Iob. 29. cap. versic. 17. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius aufereram prædam.

Ex hoc principio iuris naturalis, quo Princeps tenetur non pati subditorum violentiam, deducitur praxis quotidiana huius Supremi Senatus expedientis litteras, vt Nouitius ante professionem in tuto & libertate ponatur, quoties timetur per nimias persuasiones Religiosorum cogi ad professionem, ex eo quòd nimia persuasiones & importuna preces vim inferunt, & reddunt actum omnino inuoluntarium, l. 1. §. persuadere, ff. de seruo corrupti. lbi: Persuaderet est plus quam compelli, & cogi sibi parere, l. 4. §. si quis volentem, ff. de libero homin. exhibendo, l. 1. C. ne filius pro patre, l. 5. C. de Apostat. l. vnicâ, C. de rapta virgin. l. 1. tit. 19. part. 7. ibi Como manera es de fuerca, es solfacar. Imò assuetæ persuasio plus est, quam compulsiò, prout copiosè extorant, ex Oldaldo Castren. Deciano, Grauert, Curtius Iunior, Petrus Surdus conf. 373. à num. 14. cum sequentibus, Mantica de coniectur. vltimarum voluntat. lib. 2. tit. 7. num. 4. Mieres de maiorat. 1. part. quest. 25. copiosè & abundè Castlillo lib. 3. controuer. à num. 118. cum multis sequentibus, & iterum ipse Castlillo lib. 4. cap. 22. à num. 18. cum multis seqq.

Quare ad tollendam hanc violentiam Nouitii factam; Senatus suam auctoritatem interponere solet, prout de hac praxi testatur etiam Pater Enriquez de Pontific. clau. cap. 19. §. 3. in hæc: Si in adulescentis admisione ad Religionem esset suspicio de morali quadam violentia per importunas preces, aut de fraude sub specie pietatis; datur prouisiò in Senatu Regis, vt Nouitius in domo alicuius iura, aut in ipso Templo constituitur in libertate per triduum, & exploretur eius voluntas, an liberè, & scienter velit in monasterio perseuerare, &c.

Et tandem obiter erit adnotandus Augustinus Barbofa dum in cap. Ecclesia Sancte Maria de constit. ex num. 7. aliqua minus vrgentia fundamenta exagitat, contra recursum ad Regem; quibus alitque multò fortioribus à nemine hæctenus consideratis, sed à me ipso nouite inuenitis, validè, & efficaciter præbuius responsum in tractat. de Regia protect. 1. part. cap. 1. per totum; quæ singula omnia & Nos nouissimè allegans recopilauit D. Ioan. del Castlillo in tract. de tertio, cap. 41. à num. 163. cum multis sequentibus. Ad hunc nempè finem impugnanđi Augustinum Barbofam scribendo si-

gnanter singula Nostra Responfa, ad diluenda argumenta eiusdem, qui temerè non callens naturam negotij, qualitatem, modum, & formam procedendi in remedio violentiæ (vel quia semper abfuit ab Hispania, & eius Tribunalibus Supremis (quibus hæc materia cuditur, & legitimus procedendi modus agnosceretur, indeque iustitia recurfus detegitur) & in Romana Curia residebat, vel adulandi forsân gratiâ, vel potius (vt ego rectius arbitror) irritatus, eò quòd in proprio negotio suus aduersarius contra illum vltus fuit hoc recursum in Regno Lusitanie) recessit à communi tantorum piorum Doctorum, tam Sacræ Theologiæ, quam Iurisperitiæ professorum, recitum hunc prouidentem ex fonte perenni iuris naturalis, ad bonum regimen, pacem & tranquillitatem Reipublicæ, & ab immemoriali obseruatione stylo & praxi omnium Catholicorum Regnorum munimur comprobantiam; & licet aliqui Theologi aduersus recursum aliquid insurgere voluerunt, ignari formæ procedendi, & moti ex regulis generalibus excludentibus iurisdictionem Ecclesiasticam à iudiciis laicis, quæ nihil pertinent, nec obstant recursum violentiæ; adhuc tamen & ipsi non fuerant ausi penitus illum reprobare, & agnoscentes, non esse vi oppressis tollendam defensionem, quam præstare suis vassallis tenetur Rex omni iure. Ideò amplius non curamus responderè Barbofa, contenti his, quæ in eum insurgit Castlillo loco citato, ex nostrismet Doctrinis, & fundamentis.

§. VNICVS.

De iustitia Retentionis Litterarum Apostolicæ ob longam Hispaniæ distantiam, adiutimque difficilium ad Sedem Apostolicam vrgente necessitate, instantèque scandali periculo exequendi interim eadem in perniciem Reipublicæ.

S Y M M A R I V M.

Pro utilitate communi multa recepta sunt contra retentionem litterarum ob difficultem aditum ad Sedem Apostolicam, & longam distantiam, omnes fere Doctores iustificunt, num. 2.

Retentionis litterarum Apostolicæ Regalia omnes totius Orbis Christiani Principes vtuntur, num. 3.

Regi Catholico præ omnibus principibus ratio superadditur difficultis aditus ad Sedem Apostolicam, ad iustitiam retentionis litterarum, cum Hispaniarum Regna in vltimis Europa, & Orbis finibus sita sint, num. 4.

Suspensio litterarum Apostolicæ, si à Sede Apostolicæ spectaretur, de nihilo prodesset, cum non nisi iam illata violentia, & scandalo vruente accedere ad Hispaniam posset, num. 5.

Si in Italia diuisionibus prope Romam existentibus recursum ad Principes licitus est; multo magis Regnis Hispaniæ procul ab ea distantibus, n. 6.

Obferuatio Camilli Borrelli ad idem adnotatur, ibidem.

Eam prouinciam longè distare à Romana Curia dicitur, quæ extra confines Italia sita est, n. 7.

Text.

Text. singularis in cap. cum longè 91. distin. adducitur, expresse probans longè distare Hispaniarum Regna à Curia Romana, & signanter Regnum Galliciæ, & siquæ difficultissimum aditum, num. 8.

Ob difficultem aditum ad Sedem Apostolicam, licitus redditur recursum ad Regem pro suspendenda interim executione litterarum, num. 9.

Executor specialiter datus à Sed. Apost. ad executionem litterarum nullum habet in Regno superiorum, ad quem recurratur pro earum suspensione, num. 10.

Recursum quando ita facillè haberi nequit ad Sedem Apostolicam, potest recurri ad Regem pro litterarum suspensione, donec Pontifex consulatur, n. 11.

Iacobi de Grassis singularis obseruatio ad id referuntur, distinguens inter Regna remota, & proxima Curia Romana, ibidem.

Retentionem litterarum, adeo iustam reddit longinquitas Regnorum, & difficultis aditus, vbi etiam Doctores qui eam impugnant legitimam rationem esse expresse faciunt, num. 12.

Paronius qui Ecclesiam dotauit, pro remouenda dissipatione honorum Ecclesie potest recurrere ad Regem, num. 13.

Text. in cap. administratores, &c. Princeps, & alia inra ponderantur per Martiam, num. 14. & seqq.

Principis officium est liberare vi oppressos, n. 15.

Res & persona Ecclesiasticæ in suo esse non possunt, nisi eas & regia, & Sacerdotalis regat potestas, num. 16.

Ob difficultem aditum ad Sedem Apostolicam, & locum distantiam recursum habetur ad Principem sacularem. Obseruatio Martia refertur, n. 17.

Periculum ubi est in mora, multa permittuntur, quæ aliis non permitterentur, num. 18.

Propter periculum mora quæ subicitur iudicij non suo, num. 19.

Et ob mora periculum non est consulendus Summus Pontifex, ibidem.

Diane obseruatio dicitur posse Monachum pro tollenda violentia recurrere ad Regem, quando eius Prælatus longè distat, & infans est gravamen vel captum iam, num. 20.

Periculum ubi est in mora posse Clericum pro auferenda violentia recurrere ad Regem, absque metu censurarum, agnoscit Diana, num. 21.

Prælatos Ecclesiasticos inobedientes mandatis Regis non posse eyci à Regno, dixit Diana, n. 22.

De cuius tamen opinionis veritate legendi sunt Doctores remissè hic laudati, ibidem.

Ob longam distantiam, & imminens periculum in mora posse Regem Prælatos inobedientes à Regno expellere, agnoscit Diana, num. 23.

Scandalum & periculum Reipublicæ, quando timetur, & Pontifex consuli non potest, recurri posse ad Regem, firmat Diana, num. 24.

Ad defensionem iustam conditio necessaria est moderamen inculpate tuela, num. 25.

Conditiones petite à Diana pro iustitia recursum ad Regem, concurrunt omnes in violentiis illatis per Iudices Ecclesiasticos in Regnis Hispaniæ longissimè distantibus à Sede Apostolicæ, n. 26.

Si ad Sedem Apostolicam recurri deberet, & ab ea remedium expectandum, nunquam vis illata defensio naturalis prodesset, ob tam longam distantiam, & difficultem aditum, num. 27.

Deterioribusque inconuenientis sumptibus & vexationibus ansa & occasio præberetur, n. 28.

Rationes longa distantia, difficultis aditus, periculi minantis, & vrgenti necessitati efficaciter vrgent in Hispaniarum Regno, ob executionem litterarum Apostolicarum in damnum publicæ utilitatis obtenturam, num. 29.

Necessitas vrgens, & periculum minans, indiscretæ & acceleratæ executioni occasionem præbent vbi oppressis impulsu natura licitum aliunde remedium quærendi, num. 30.

Dispendia longè maiora considerantur in remotis locis, quam in proximis, num. 32.

Hispaniam in extremis terrarum sedere, & siquæ principium & finem Europa, & vniuersi Orbis, apud omnes Geographos constans est, num. 32. & seqq.

Propheciam Isaia c. 18. loquentem de extremitate terrarum in Hispania verificari, declamant plures DD. num. 33.

Spania (nomen Hebraicum significans quid absconditum) fuit appellata Hispania ob eius remotissimum situm, num. 34.

Insula Cadix vocabatur Gadicitæ Græcè, significans extremitatem terræ, num. 35.

Sacrum promontorium (Cabo de S. Vicente) Europa & Orbis terminus est remotissimus, n. 36.

Epitaphia notabilia sepulchrorum recentiorum quibus Hispania extremitas Orbis appellatur, num. 37. 38. & 39.

Cantabria sita est in extremitate terræ, & Orbis, num. 40.

Item Prouincia Hispanensis, num. 41.

Item Regnum Galliciæ (Auribus nobilissima patria) ubi est Promontorium Finis terræ. Sic dictum ob terra vniuersi finem, num. 42.

Nomen rei conuenire debet, num. 43.

A nomine arguimus, cum talis quis præsumatur, qualis denominatione demonstrat, num. 44.

Promontorium Finis terræ Regni Galliciæ semper, & vsque adhuc conseruauit hoc nomen, ibidem.

Roma cum sita sit in medijs Regnorum Christianorum Europa, perneceffe longè distat ab Hispania sita in eius extremitate, num. 45.

Sedes Apostolica semper recognouit extremitatem Hispaniæ, longum iter, & difficultem aditum, quam ideo excusauit in multis non recipientibus dilationem, num. 46.

Hispania nunquam desinit recognoscere Christij Vicarium vti caput Ecclesie vniuersalis, n. 47.

Hispani Catholici antiquissimi gubernabantur cum aliqua independetia à Sed. Apostolicæ, ob terrarum distantiam, & inconuenientia in tarda negotiorum expeditione & recursum ad eam, n. 48.

Pontifices antiquitus creabant legatum à latere aliquem prælatum Hispaniæ, ad euitanda inconuenientia, & dispendia causata ob necessitatem recurrendi ad eor., num. 49.

Plurima Concilia celebrata fuere in Hispania, ad quorum Congregationem, & decretorum obseruationem, nunquam aditus fuit Sedes Apostolicæ, ob longam distantiam, & tardam negotiorum expeditionem, num. 50.

Nec in causis criminalibus, & depositione Episcoporum ad S. Apostolicam recurreretur, num. 51.

Nec ad ipsam appellationes interponebantur, sed causa penitus finiebatur in Hispania, ibidem.

Affertio Gerberti Episcopi Remiensis, dicitis, interiora Hispania Papa iudicia nescire declaratur, num. 52.

Ex notissima difficultate aditus ad S. Aob tam longam & remotam distantiam, & iter non suum, sed